



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

XXV. Qui promoveri non possunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

quasi clericos honorent, & diligant: & tales sint, qui non solum praesint, verum etiam profint.

*Ordinatores debent instruere ordinandos in divinis. h. d.*

**I**tem sub gravis ultionis comminatione ex ordinatione generalis Concilii debent Episcopi promovendos in sacerdotes. per seiplos, vel alios idoneos viros super divinis officiis, Ecclesiasticisque sacramentis diligenter instruere, & informare. Sanctius enim (inquit) est paucos bonos, quam multos malos habere ministros: quia, si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam dilabentur.

*Ordinationem praecedere debet diligens scrutinium. h. d.*

**P**raecedat autem ordinationem diligens scrutinium, nec nisi qui tam verbo fidei, quam recte conversationis exemplo, Episcoporum vel populari testimonio probantur, ad ordines admittendi erunt. Ordinatus itaque accipiat secum divinæ legis peritos sacerdotes, & in Ecclesiasticis functionibus exercitatos, qui ordinandorum genus, patriam, et aetatem, locum ubi ordinati sunt, si literas callent, si instructi in lege Dei, & ante omnia diligenter investigent, si fidem Catholicam diligenter teneant.

*Examen debet praecedere callationem beneficiorum. h. d.*

**Q**uod & in beneficiorum collationibus observandum erit: qui enim beneficiis Ecclesiasticis praeficiendifuerint, a suo prius Archidiacono examinari debent, & per ipsum postmodum Episcopo praesentari.

*Tam simoniae ordinatus, quam ordinans, sunt puniendi. h. d.*

**I**psi vero quibus talis cura committitur, cavere debent, ne ad cuiusquam gratiam, aut cuiuscunque muneris cupiditate illecti, a vero deviant, ut indignum, & minus idoneum, aut non examinatum ad sacros gradus suscipiendos Episcopo praesentent. Quod si aliter fecerint, & qui indignè accesserint, ab altari removebitur, & qui donum Sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo jam condemnati, Ecclesiastica dignitate carebunt.

*Quae tempora in ordinationibus servari debent. h. d.*

**I**gitur & per tres continuos dies diligenter examinentur, & demum sabbatho, qui probati sunt, Episcopo praesententur: Qui tamen secundum diversitatem ordinum, & temporis quoque, servabit diversitatem: non enim omnes ordines quibilibet temporibus conferri possunt: nam Dominicis & aliis festivis diebus unum, aut duos ad minores licet promovere, sed ad Subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, & una & altera statuta die, nulli Episcoporum, praeterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare, nec alicujus loci contraria est admittenda consuetudo. Quod si forte secus factum fuerit, ordinans quidem potestatem privandus est ordinandi: & ordinatus cum charactere & minime dubitetur recepisse, poenitentiam tantum praevia in susceptis ordinibus ministris sustinendus erit.

*Nec uno, nec duobus diebus continuato jejunio duo sacri ordines conferri possunt. h. d.*

**S**ed nec uno die, nec duobus continuato jejunio ad duos quis potest sacros ordines promovere, arbitrariè ordinanti suspensionis imminente poena.

*Minores ordines omnes simul conferri possunt. h. d.*

**D**iversum m statuitur de minoribus, qui omnes vel unica die conferri possunt.

*Cum promotus per saltum, potest, praetermissis ordinibus repetito, dispensari. hoc dicit.*

a Canon. tales. distincti. 23. b Extr. de scrutinio in ord. sacren. c Canon. 2. & canon. Episcopi. distincti. 24. d Canon. quando Episcopus. d. distincti. 24. e Canon. ad hoc nos. vers. & hoc idem. ex de offic. Archid. f Canon. quando Episcopus. §. ipsi autem. distincti. 24. g d. canon. quando Episcopus. §. igitur. h Ca. 1. 2. & 3. extr. de temp. ordin. i C. dilectus filius. extr. de temp. ordin. & Ca. pen. eod. titul. l Ca. literas. extra. de temp. ordin. m De iud. eod. de temp. ordin.

**P**er a saltum vero si promotus fuerit quis solentur ordine praetermissis repetito, ex misericordia ministrare permittendus erit.

*Promotus ad sacros ordines fortive contra prohibitionem praesentis non potest fieri sacerdos, nisi prius fuerit monasterium ingressus: si tunc non contra prohibitionem, quia tunc potest Episcopus praebitero dispensare, & qui non ordinatus se miscent divinis, nunquam poterit ordinari. h. d.*

**Q**uod si b fortive ad sacros ordines quis irrepleat, dispiciendum erit, an praelati sub anathemate processerint interminatio: tunc enim nulla ratione ad sacerdotalem poterit ordinem promoveri, nisi regulariter suscepto laudabilem aliquandiu duxerit vitam, quam secum misericorditer dispensari poterit: alioquin nulla praecedente inhibitione, condigna satisfactione imposita, pro suo arbitrio cum illo poterit Episcopus dispensare. Quod si is, qui nullum adhuc penitus auxilium obtinuit, & divinum aliquod officium exercuerit, & ab Ecclesia erit abiiciendus, & nunquam ordinandus.

*Qui nondum baptizatus ordinatus est, debet baptizari, & rursus ordinari. h. d.*

**D**e eo qui non baptizatus ordines suscepit, valde dubitatum est: de quo post multam tandem discussionem obtentum & constitutum fuit, ut baptizatus iterum ordinetur: & merito: cum enim baptismus & omnium sacramentorum janua sit & fundamentum, & perardificari non potuit, ubi fundamentum defuit.

*Sacros ordines tantum Episcopus conferri, maiores minores alii: & Episcopus qui loco, non dignitate renunciat, majores conferre potest: secus, si etiam dignitate, quia tunc, si majores conferri. h. d.*

**I**llud postremo omittendum non est, quod inter minores & sacros ordines illa est differentia, quia majores ab Episcopis, minores vero etiam ab aliis quandoque conferuntur. Vnde de eo quod sit, qui Episcopatum renunciasset, an & quales ordines conferre possit, in qua specie obtinuit distinctio, ut si quidem loco tantum quis renunciasset, eos quos ante renunciationem poterat, rogatus conferre possit. Quod si non solum loco, sed etiam dignitate renunciasset, minores tantum quibus recipere, & in illis deservire, & ad majores, si oporteret idoneus, poterit promovere. Sane si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit officii non habebit executionem: ubi a nemine non licet (nisi crassa & supina fuerit ignorantia, & licentia Pontifex dispensare poterit.

**QUI PROMOVERI NON POSSUNT. TITVLVS III.**

*Tenent quatuor causas sive respectum, qui prohibentur hominibus ordinari. h. d.*

**Q**uoniam vero praevenerit debet, quod vel iniuriari, vel vituperari potest: scicendum est, quoddam esse qui non sunt ad Ecclesiasticos ordines admittendi, quod fieri contingit quatuor ex causis: non enim quis promovetur impeditur ratione subjectionis aut ratione delicti jam patrati, aut suspitione futuri lapsus, aut ob corporis laesionem.

*Servus & libertus non possunt ordinari, & servus ordinatus servente domino sit ex hoc liber & ingenuus. h. d.*

**R**atione subjectionis & promovetur impediuntur servi: eos enim, nisi a dominis libertatem consecuti fuerint, nullo debet ordine Episcopus insigniri: libertatem esse debet, qui divinx aggregandus est militia. Quod propter non solum servi, sed nec qui retento obsequio

a Ca. dist. 52. & c. uni. de cleric. per salt. prom. b Cap. 1. & seq. extr. de eo qui sur. ordin. suscep. c Cap. 1. & seq. extr. de cler. non ord. ministran. d Canon. 1. extr. de Presbyter. non baptiz. e Gloss. 2. d. c. 1. f Ca. extr. de ord. ab Episc. g Ca. 1. & seq. extr. de servis non ord.



manuiffi sunt, cum adhuc feruitatem quamdam feruire videantur, sunt ad clericatus ordinem promovendi: quod si contra factu fuerit, tam ordinantis, quam ejus qui facit practinatus est cingulo. Canonice poenis coercenda est audacia. Si tamen fervus sciente domino fuerit ordinatus, ex hoc liber erit & ingenuus.

*Manuiffus ab Ecclesia, ut eodem servat in divinis, non potest se transferre ad aliam Ecclesiam: scilicet si simpliciter fuerit manuiffus. h. d.*

**Q**uod si a quis Ecclesie servili conditione obnoxius, ab eadem manumittatur, ut insignitus ordine clericali in ea perpetuo serviat in divinis, liber factus & ordinatus, ad aliam se transferre non poterit: sed si absolute manuiffus fuerit, ad aliam transfundendi non erit licentia detegenda.

*Monachi non ordinantur, nisi de licentia Abbatis.*

**M**onachi b quoque, nisi de sui fuerint Abbatis voluntate prepositi, ad ecclesiastica non sunt officia promovendi.

*Licentia concessa a superiore religioso, ut possit consentire provissim de se facta, non valet. h. d.*

**S**trictius c adhuc agitur cum religiosis, non solum circa ordines, sed etiam circa electionem, vel provisionem quamlibet: si cui enim a superiore suo licentia concedatur, ut electioni, vel provisioni, si quam de ipso fieri contigerit, suam accommodare possit consensum, quia ambitionis vitio viam parat talis licentia, nullius firmitatis existet.

*Non potest quis ab extraneo Episcopo ordinari, nisi de licentia sui ordinari: quam concedere poterit etiam vicarius & capitulum, si sedes vacet, vel qui administrat. h. d.*

**P**ari d ratione constitutum est, ne quis aliena diocesis virum prater proprii superioris licentiam ordinare audeat: quam tamen Episcopo in remotis agente, dare poterit ipsius in spiritualibus Vicarius generalis, vel se de vacante Capitulum, seu is ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere.

*Itali Episcopi non debent ordinare Ultramontanum, nisi de licentia Pape, vel sui ordinari. h. d.*

**E**t hoc quidem non solum obtinet Italis ordinari flagrantibus, verum etiam exteris. Etenim illos nullus Italicus Episcopus ordinare debet, nisi vel a summo Pontifice speciale habeat licentiam: vel ab Episcopo, de cuius diocesi traxerit originem ordinandus, vel in cuius diocesi beneficiatus existit, per ejus patentes literas causam rationabilem continentes, quare ipsum noluit vel nequeat ordinare: & si qui contraverint, censuris canonicis coequentur, prout latius ex Clementis IV. constitutione apparet.

*Homicida voluntarius non potest promoveri, & promotus est deponendus: scilicet de necessario. h. d.*

**P**arricidii delicti ratione qui ordinari prohibetur, ut cum homicidium, aut aliud capitale crimen f factu, aut precepto, aut consilio perpetraverit: & per surreptionem promotus, deiciendus erit, dicente Domino, Si quis per indignitatem g. aut per insidias hominem occiderit, ab altari meo evellatur. De eo itaque homicida intelligendum est, qui voluntate committit homicidium. Ceterum si qui necessitate maxima arctati, effugere nullo pacto valentes, homicidium admiserint, nullam ex hoc irregularitatem incurrunt.

*Fortuitum homicidium commissum, dum datur opera res illicita, impedit quem promovendi. h. d.*

**Q**uod si neque voluntarium fuerit, neque necessarium, sed fortuitum, distinguendum est, num is

a C. de libertatis. extr. de ser. non ordin. b canon. 1. dist. 30. c. ad aures. extr. de temp. ordin. c. ele. si. de elect. d. e. 2. & seq. de tem. ord. in 6. e. cap. 1. de temp. ordin. in 6. f. can. si quis ordinum. so. di. & per totum. & extr. de homicid. g. c. 1. extr. de homicid.

cujus occasione perpetratum fuerit, illicita rei daret operam, an licite. Si illicita rei a dans operam, ut puta, vetito ludo incumbens, casu homicidium perpetraverit, vel bello etiam contra infideles sese immiscens, volens Christiani nominis hostem interfecerit, nec b ad sacros ordines promovendus est, & promotus non solum ad superiores ascendere prohibendus est, verum etiam in suo ministrare: plane c ex dispensatione in inferiore ministrare sustinendus erit.

*Si dans operam rei licite, ex negligentia homicidium commissum, irregularitatem incurrit: scilicet, si non ex negligentia, sed mero casu. h. d.*

**S**ed d & si licite rei opera dabatur, nec tamen debet tam quis operi suo adhibuit diligentiam, ex quo homicidium sequutum est, ab omni ministerio altaris excludendus erit: quod in eo responsum est, qui puerum e intuitu disciplina ita percussit, ut ex percussione exspiraverit, vel ex ea in aliam infirmitatem incidit, ex qua compertum fuit exspirasse. Præceptoris enim nimia favitia culpæ assignatur. Diversum statuitur, si nulla culpa subsit: ut in eo accidit, quo campanas f. pulsante, ut signo dato conveniret populus ad divina, tintinabulum, cadens, ita subiectum puerum percussit, ut ex vulnere decesserit: nam cum is culpæ penitus expers fuerit, nullam incurrisse noscitur irregularitatem, etiam si de homicidio veniam postularerit. Bonarum enim mentium est ibi etiam culpas agnoscere, ubi culpa non est.

*Infantes, furiosi, dormientes ex commissio homicidio non incurrun irregularitatem. h. d.*

**I**dem g constitutum est de infantibus, furiosis, & de dormientibus, qui si hominem mutilent, vel occidant, nullam ex hoc irregularitatem contrahunt.

*Clerici facientes querelam de suis malefactoribus, non fiunt irregulares, etiam si Index mortem illi inferat. h. d.*

**I**dem & de clericis h qui de injuriis sibi illatis apud Iudicem conqueuntur, protestantes quod ad vindictam, seu sanguinis poenam non intendunt. Nam si Iudex iustitia exigente mortem delinquentibus inferat, accusatoribus imputari non debet: alioqui si propter hujusmodi metum, quia scilicet Iudex ad poenam sanguinis posset procedere, si conqueiri non auderent, daretur plerisque materia trucidandi eos, & ipsorum bona passim invadendi.

*Publice poenitentes non possunt promoveri, possunt tamen ex necessitate deputari in aliquo minorum ordinum. h. d.*

**P**oenitentes i quoque tam ad sacros ordines, quam etiam infimos promoveri non debent: quod utique non de omni poenitente intelligendum est, sed de eo tantum, quem publice ac solenniter poenituit: quæ poenitentia semel tantum in ecclesia conceditur k. Placuit tamen Toletano Concilio l, si necessitas aut usus exegerit, inter offitios, vel lectores hujusmodi poenitentes posse collocari.

*Qui exerceverunt officia secularia, si honeste sunt, post reddita ratiocinia possunt ordinari: scilicet est de usurariis. h. d.*

**I**s m illi similes sunt, qui negotiis & officiis secularibus serviunt: quorum tamen vita si post deposita onera, & reddita ratiocinia deprehensa fuerit inculpata, omnibus possunt muneribus honestari. Quod si quis usuras n, dum negotiaretur, exercuisse compertus fuerit, non solum ordinandus non est, verum etiam ordina-

a Ca. continebatur. extr. de homicid. b can. clericum quis. & canon. seq. dist. 30. c. d. ca. continebatur. in fin. d. c. continebatur. extr. de homicid. e. can. Presbyterum, extr. de homicid. f. c. Joannes sacerdos. d. tit. de homicid. g. Clem. 1. de homicid. h. ca. 2. de homicid. in 6. i. canon. canones apud. dist. 30. k. can. si quis post. h. potest. d. dist. 30. l. can. placuit. d. dist. 30. m. c. uni. extr. de obligation. ad ration. ordin. vel non. n. canon. 2. dist. 33.

us deponendus a. Mens enim avida, nec abstinere novit  
vetitis, nec gaudere concessis. b

Simoniaci, seditionis, & injuriarum ultores ordinari non possunt. h. d.

Idem statuendum est de eo, qui quasi dona Dei emptu-  
rus, pecuniam ad imitationem Simonis e obtulerit.  
Idem & de seditionis d, & his qui propriam injuria-  
rum pertinaces fuerint ultores.

Fur occultus potest post restitutionem & penitentiam ad sacros  
ordines promoveri. h. d.

De e fure, an ad sacros ordines promoveri possit, quæri  
potest: & si quidem sponte furtum confessus, damnū  
passo satisfecerit, & penitentiam peregerit, si alioqui ido-  
neus fuerit, nec super furto manifesta resperlus sit infam-  
ia, ad sacros ordines proculdubio promoveri poterit.

Baptizatus in agnitudine non debet ordinare regulariter, & re-  
baptizatus nunquam ordinatur. h. d.

Ed est nullum quis delictum perpetrasse deprehen-  
datur, quod illum à sacris excludere valeat ministere-  
riis, adhuc tamen si vel de fide ejus, vel continentia su-  
spicio sit, promovendus non erit. Ut ecce, si quis in agri-  
tudine f constitutus, baptizatus fuerit, quia fides ejus  
non ex voluntate, sed necessitate videtur esse, Presbyter  
ordinari non debet: nisi forte postea ipsius studium & fi-  
des emicuerit, aut hominum caritas hoc exegerit. Scien-  
ter autem rebaptizatus g, ut ad clericatus gradum pro-  
moveantur, permittendum non erit.

Filii Presbyterorum non possunt ordinari, nisi fuerint regulares vel  
monachi, vel nisi sint nati ex legitimo matrimonio, vel sint valde  
morati. h. d.

Presbyterorum h quoque filii à sacris ministeriis arcen-  
di sunt, nisi aut monachi fiant, vel in congregatione  
Canonica regulariter viventes, religiose probati fuerint  
conversari. Sed hoc i de iis intelligere nos oportet, ad  
quos adulterio natos paterna flagitia hæreditaria succe-  
ssione descendunt: unde si vel ex legitimo nati sunt matri-  
monio k, vel morum honestas eos commendabiles fecerit  
exemplis & autoritatibus non solum sacerdotes fieri  
possunt, sed etiam summi sacerdotes.

Bigamus, & qui uxorem duxit viduam, ejusdem, vel meretricem,  
ordinari non possunt. h. d.

Item l repellendi sunt bigamus, & qui viduam, vel  
ejusdem, vel meretricem, vel ancillam uxorem duxerit.  
Vidua est, cujus cognita maritus mortuus est. Unde m is  
qui ab alio quidem ductam, sed minime cognitam duxit  
uxorem, propter hoc impediti non debet, quin possit ad  
sacerdotium promoveri, cum neuter carnem suam divi-  
serit in plures. Ejecta est, quæ vivente marito ejicitur. Me-  
retrix, quæ multorum libidini patet, & cujus turpitudine  
publicè venalis est. Quod non de iis intelligendum est,  
qui tales adhuc uxores retineant (nam in iis alia ratio est:  
quia scilicet conjugati non possunt in sacris esse constitu-  
ti) sed de iis quorum uxores defunctæ sunt.

Bigamus est, qui duas duxit uxores, & qui secundas nuptias  
tantum de facto contraxit, reputatur bigamus. Item, si cum vi-  
dua de facto contraxit. h. d.

Est autem bigamus n, qui duas habuit uxores, sive  
baptizatus ambas, sive etiam ante baptismum, alte-  
ram. Si o quis tamen laicus primam duxerit, in sacris  
constitutus alteram, an sit inter bigamos reputandus,  
hæsitatum est. Ex facto autem responsum est, hunc qui-  
dem nec bigamum esse, nec maritum viduæ: quia tamen,

a Can. si quis clericorum. dist. 47. b Ca. virum. in fi. dist. 47.  
c Ca. 2. in fi. dist. 33. & i. q. 1. per totum. d Ca. seditionarios. dist. 46.  
e Ca. ex iustoru. extr. de iust. f Ca. 1. & seq. dist. 37. g Ca. con-  
firmandum est. in fi. dist. 30. h Ca. 1. dist. 36. & ca. 1. extr. de si-  
l. presb. i d. can. 1. s. sed hoc. dist. 36. k Ca. ad hac. extr. de si-  
l. presb. l Ca. penitentibus. & seq. & ca. si qui viduam. dist. 33.  
cap. 1. & 3. per totum tit. ex. de bigam. m Ca. debitum. extr. de  
bigam. in fi. n glo. pen. ca. pe. dist. 26. o Ca. nuper. & c.  
ff. extr. de bigam.

quantum in ipso fuit, secundas nuptias contraxit, & vi-  
duam duxit, tanquam de bigamo fore constitutum.

Fornicatus cum pluribus concubinis, non incurret irregula-  
rem bigamæ. h. d.

Aliud juris est de concubinis a, quas si plures qui  
habuerit, irregularitatem bigamæ non incurret, sed  
cum eo tanquam simpliciter fornicatus sit, quod erro-  
nem sacerdotalis officii, dispensari poterit.

Corpore vitiat, nisi modica sit læsio, ordinari non potest. h. d.  
Cavenda sunt autem iis, qui Ecclesiasticis maxime  
di sunt officiis, non solum animi, verum etiam cor-  
poris vitia. Unde aliqua parte b læsi ad sacerdotium  
ascendere non valent. Hoc tamen tunc obtinet, cum  
videns & notabilis est læsio: caterum, si modica sit,  
ut puta qui exiguum partem digiti, vel unguem nolentes  
amiserint, ita ut sine scandalo possint celebrare, à licen-  
tia repellendi non erunt.

Absiste ex necessitate promoveri possunt: scilicet, si ex vulnera-  
te. h. d.

Idem juris est d de eo, cui vel vi, vel in canibus, vel  
de medicorum consilio metu imminentis periculi ve-  
rilia fuerint amputata: quod si volentes, & catholice  
repugnare fortè cupientes, se ipsos absciderint, quia in  
homicida sunt, ad clerum pervenire non possunt. e. Cor-  
pore enim vitiat, non casu, sed propria voluntate  
intelligendi f: & sicut in illis veniam casus impedit  
vindictam in iis voluntas postulat.

Oculo privatus indistinctè promoveri non potest, si ex vulnera-  
tione: scilicet si postea talis privatio contingat.

Hæc autem distinctio non in omnibus membris  
locum vendicat. Cui enim oculum g abscidit  
casus, licet voluntas desit, sacerdotium tamen consecrari  
potest. Caterum si sacerdoti in ordine constituto tale  
quid acciderit, quod olim integer accepit, non admittit.

Olim furiosus, vel aliter vexatus, non potest ordinari. Cui  
qui aliquando fuerint demoniaci, non possunt ad ultimum gradum  
promoveri. h. d.

Is h quoque qui in furorem aliquando verus incidit  
aut quolibet modo vexationis incurtus est, non  
quod prope furorem accidit, in scena luserit, vel ab illo  
ne diabolica vexatus fuerit, ordinari non potest. Glo-  
tici etiam i, qui in adolescentia à demonibus cog-  
scuntur obsessi, ad superiorem gradum ascendere non  
possunt.

DE PRÆBENDIS, ET ALIIS  
BENEFICIIS  
TITVLVS XIII

Connata & dependentia sunt simul præbendis.

Post hæc videamus de præbendis, villarum conce-  
ssione: quæ pars iuris extra propolitam quidem  
materiam fortasse videri poterit: loquimur enim  
in præsentem de iure personarum. Sed cum supra de di-  
gnitatibus Ecclesiasticis, quibus præbendæ videantur an-  
nexæ locuti fuerimus, non sine causa, sequenti loco po-  
est hæc lurs materia tractari.

Qui in altari laborat, de altari debet & vivere. h. d.

Præbendæ nihil est aliud, quam ius percipiendi pro-  
ventus Ecclesiasticos, tanquam uni de collegio con-  
petens, & ex canonica procedens. Cuiusmodi ut lex di-  
vina præcipit k, qui altari servit, de altari debet &  
vivere: dignum est, ut qui divinis ascribuntur obsequiis  
Ecclesiæ substantentur stipendiis. Et ideo institutum  
olim fuerat l, ut ordinationes eorum, qui sine certo titulo

a Cpe. ext. de biga. b dist. 33. in sum. & per totum. c Ca.  
& si ext. de corpore vit. d Can. si quis à medicina. cum dicitur  
seq. dist. 33. c. 3. & c. ext. de corp. vitiat. e Can. si quis abscidit  
d. dist. 33. f Can. penitentibus. c. corp. d. dist. 33. g Ca. si de si.  
h Ca. 2. & 3. dist. 33. i Can. clerici. d. dist. 33. k Ca. cum si.  
l Can. 1. dist. 74.

